



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XLV. Ne monachi vel moniales per se comedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

versa mittat aliquem de suis, qui interim moram faciet in monasterio delinquentis: nec prius rediens ipse qui deliquit in domo sua recipiatur, quam plene pœnituerit de commisso, & per suum superiorem reuocetur.

X L V.

Omni singularitatem interdiciamus in refectorio, vt cibus aliter vni quam alteri præparetur. Sed qui præest videat vt scilicet interdum talia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat releuari. Omnia etiam victualia religionis apponenda sine subtractione eis apponantur, tam in conuentu, quam alibi, vbi reficiuntur de omnibus appositis. Totum residuum sine diminutione aliqua cedat in eleemosynam indigentibus fideliter erogandam, ita quod nec abbas, nec prior, nec eleemosynarius, possit hoc dispensare. Et quicumque istud statutum de indiminutis adinuicem implere vel obseruare noluerint, si sacerdos fuerit, a celebratione diuinorum; si minoris ordinis, a communione corporis Christi; si monialis sit, vsque ad plenam satisfactionem suspendatur. Item prohibemus, ne moniales aliquæ singulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non solent communiter carnes comedere.

X L V I.

Ad hæc per nullam societatem vel considerationem admittantur monachi in alterius monasterio ad moram faciendam, nisi cum literis episcopi sui, vel abbatis, vel prioris conuentualis non habentis